

1720. ij 17. Febr: Ex ms. Bibl. Latense:

627

Cricius
Tomicio Avunculo.

Reverendissime in Christo Pater et
Domine Domine Colendissime. Salvam
et sospitam Vestram Quam Domina:
tionem audire valde desidero, nam licet
Dominus Nicolaus mihi retulit, nihil
adeo noxium et metuendum esse, levatam
quæ illam majori ex parte, quicquid
tamen id est velim omnino nihil esse,
ego his diebus duobus, quo Dominus Mar:
schalus * huc venit, agrè valeo, quassatus
inter illos continua inquietudine, nam
et illos, et omnes ejus Comites sunt hic
toti in amoribus et convivijs, quarum ine:
pciarum nescio quid voluptatis habent,
me spectatorem adesse, et occupatum
meis necessarijs negotijs occupare videor,
videre quid in nupcijs istis futuris mecum
erit, sed statui subducere me, si quo pa:
cto citra indignationem Dominorum
potero. Habeo multa referre, hinc re:
dicens Vestra Reverendissime Domi:
nationis De miserrimo illius ambitu,
qui hoc uno et sibi et alijs officit, que
non etate solum, sed ne morte qui:
dem pervento remissionem futuram lo:

154

* Petrus Kmita
qui Posnaniam
venit ad contrahen
dum matrimonium
Luce Delorka Cast
Posn. et Capitanei
Majeri Polnie.

quintus



loquutus est mecum super illa expectatio:
ne multa, sed simultate, et expiscans
a me aliquid, ubi vero harum sensi ho:
mini, ut homo est morem gessi, et ejus
orationi subservivi, pungens tamen
illum identidem integra et pertinaci
alterius valetudine. Sed de his et a:
lijs coram abunde. Postulant mea ne:
gotia, ut hic paulo diutius opinione
immorare, nam eorum nihil prorsus
adhuc confeci, hoc tamen Reverendis:
sime Dominationis Vestrae arbitrij
esto, que me dignetur facere certio:
rem, an cum ejus venia fieri possit,
ut iter minus instituto accelerarem
nec ne, nam contra ejus voluntate
ne latum quidem digitum excedere
vellem. Cujus gratie Me cum servi:
tjs meis toto studio commendo. Da:
tum Posnania 17. Februarij A^o 1520. ~